



No. 100.



DECRETO DE
CANIATQVE DOCTO
RVM FACVLTATIS MEDICAE, QVAE
STIONES ET PROBLEMAT SVBSCRI
pti Medicinæ Candidati explicabunt, in
actu pro emerenda Licentia, ad
Doct̃oratus Insignia
suscipienda.

SEBASTIANO ROTH
AVRBACHIO MEDICINAE DOCT̃
tore & Decano, præside &
oppugnatore.

LIPSIÆ

XXVII. Nouembris, Anno Christi
redemptoris

M. D. LIII.

IN OFFICINA VALEN
TINI PAPAE.



DECRETUM
CANTUATOVENDICUM
AN FACULTATIS MEDICAE
ET PHARMACEUTICAE
UNIVERSITATIS GIESSENENSIS
IN PROPOSITO FACULTATIS
DOCTORATUS
SUBSIDIO

SEBASTIANO ROTH
MAGISTRO MEDICINAE
ET DECANO PRÆSIDENTI
OPUGNANTO

EPISIO

XXVII. Novemb. Anno Christi
rederentis

M. D. LIII.

IN OFFICINA VALEN
TINI PARAR.



QVAESTIO M. PHILIPPI
BECHII MEDICINAE
BACCALAVREI.



TRVM Mulieri utero gerenti, à quarto mense ad septimum usque, Hipp: purgationem pharmaco recte præmittat, si materia turget: Sanguinis autem missionem iusta ratione interdicit: At recentiores Medici contra Hipp: sententiam, uenæ sectionem grauidis salubriter administrant, cum ad prohibendum abortum, tum foetus prænantisq; morbos depellendos.

DECRETA.

ET si magnitudo morbi & causa indicauerint prægnantem pharmaco purgandam, id ipsum tamen, contra Hipp: præscriptum, audendum non est, materia non turgescente. I.

Hipp: (antiquus Magister errare nescius) primis tribus mensibus, sapienter uetat, prægnantem purgare, ne uinculis adhuc imbecilibus ruptis foetus excludatur. II.

Quarto mense, uterum gerens, ut & quinto, pharmacum tolerat, etsi sententia præscribens à quarto mense, prohibere uideatur, nisi præpositio a, ad initium quarti mensis relata fuerit. III.

A 2 In fine

- III. In fine sexti mensis, periculose admodum prægnanti pharmacum exhibetur, quia septimum mensem excipit, quo mulieres foetus vitales pariunt: octauus autem mensis foetui vitam occat.
- V. Non Agarico, non Scammonio, nec Colocynthide, nec Turbeto, nec ueratro nigro, prægnantes tuto purgantur, quod singula insita sua proprietate foetum necant atque excutiunt.
- VI. Si purgatorio medicamento prægnanti subueniendum est, Rhabarbaro potius, quam alio quouis, succurrendum.
- VII. Rhaponticum Dioscoridis, cum omnes differentias Rhabarbari, & temperamentum aliquanto calidum & astringentem uim repræsentet solo odore refragante, ipsumque & pondere & utendi modo, ut Agaricum, Dioscorides doceat usurpandum, Rhabarbarum esse uix dubitare licet, etsi natale solum aliud sit, quod tamen speciem, ut in plerisque alijs non mutat. Ut enim Barbaricum, ita & Sceniticum & Indicum est Rhabarbarum, non alia ratione & Rhaponticum.
- VIII. Grauida ardore laborans, Helleboro purganda non est, minus Scammonio periculoso.
- IX. Ut Infusio & lotio Aloen purgatoria ui priuat, astringentem autem, glutinatoriam atque roborantem ualidiores reddit, sic & Rhabarbarum.
- X. Vtero gerentibus, uix ullum auxilium ac remedium tutum

um tutius fertur, Manna, flore Cassia fistulæ, lenibus Clysteribus, rectaq; uictus ratione.

PROBLEMAT A.

Cur cum Mulier duobus duntaxat uberibus, nec pluribus uteri sinibus sit prædita, possit duos aut tres foetus concipere, atq; uiuos in lucem edere, in longam senectutem usq; uitales: At quinq; sex, septem concipere quidem, ad pueritiam autem uix educare queat, quin à partu breui tempore intereant? I.

Cur Aniculæ sanctè affirmant, suffitu aromatum ex uino decoctorum, imminentem abortum intrò reuocari atq; conseruari in utero, tum corroborari, cum tamen aromata & uinum menses eliciant? II.

Cur Diamargariton Auicennæ asserunt abortum prohibere & foetum conseruare, cum Aromatis menses prouocantibus scateat? III.

A 3 Quæstio

QVAESTIO M. IOANNIS
MACHOLDI MEDICINAE
BACCALAVREI.



TRVM, Sanguinea, seu calida & hu-
mida corporis constitutio (excepta tem-
perata) omnium aliarum sit saluberrima,
uitæ longissimæ & pulcritudine præstan-
tissima: cum tamen in letiferas putredines
& pestilentes morbos sit propensissima.

CONCLVSA.

- I. Sanguineos, in exitiales Synochos atq; pestem, om-
nibus proniores, docet experimentum ratiocinati-
oni fidem afferens. Pulcerrimi siquidem pueri, uirgi-
nes uenustissimæ, adolescentes robustissimi, omnium
primi pestilentem luem contrahunt & intereunt.
- II. Etsi sanguinei in letales putredines omnium max-
imè sunt proni: recta tamen uiuendi ratione & iustis
remedijs, ne putredine corripiantur, præseruari pos-
sunt in ætatem omnium longissimam.
- III. Vt uer, authoritate Hipp: (non obstante Galeno)
calidum & humidum, uegetabilia omnia intermortua
temperato suo calore in uitam reuocat, seminibus &
fructibus fœcunda efficit: Ita Sanguineum tempera-
mentum, suo calore & humore insito, diutissimam ho-
mini uitam, pulcritudinem amabiliorem, omnibusq;
alijs temperaturis maiorem fœcunditatem tribuit.

Quem

Quemadmodum æstas, omnia celeriter perficit, ex- IIII.
coquit, retorrído suo calore siccát, infrigidat, consu-
mit atq; exanimat: parí ratione cholérica seu biliosa
natura etsi ingenij acumine, ratiocinandi promptitu-
dine Sanguineam naturam superet: tamen torrido suo
calore consumit præporè omnia, in cinerem exurit &
in Melancholicam naturam degenerat, phrenesin, ma-
niam & furorem parit, uitamq; abscindit.

Qua ratione tabificus & pestilens Autumnus ger- V.
minantibus omnibus uitam amputat, fructus deicit,
sterilitatem inuehit: Eâdem Melancholica natura in-
genium hebetat, animi hilaritatem extinguit, sterilita-
tem parit & mortem accelerat.

Tametsi hyems frigida & humida, geminum calo- VI.
rem adauget, mortiferam æstatis & autumnii siccita-
tem reparat: Non tamen pituitosa natura temperamē-
to hyemi respondens, idem præstat. Quin potius ca-
lorem obtundit & præfocat, corporaturam recremen-
tosam, laxam, dissolutam & imbecillem parit: donec
pituita in uenis concocta & in bonum sanguinem
transmutata fuerit.

PROBLEMAT A.

CVR cum merum celerrimè spiritus uitales restau- I.
ret, animi deliquium tollat, uitamq; reuocet: nihil-
ominus largius potum, bono corporis habitu prædi-
tos, non seruet sed tabefaciat: Macilentis autem & ari-
dis, non robur uirium & corporis habitum resarciat,
sed mortem asciscat?

Cur ex:

Cur ex ira nullus unquam sit mortuus ?

Cur mœror & tristitia labefaciant & perimant len-
tè: Effusum gaudium animam subito effundat ?

Cur cum pituitosi calor lenti ignis in plurimo humi-
do rationem gerat, non protelet longam uitam, ut exi-
guus ignis in multo oleo diuturnam flammam ?

FINIS.

PROBLEMA.

Cur cum in eadem celestibus spiritibus nihil restat
etiam in deliquitum tollat, namque retrocedit
omnes spiritus boni, bono corporis habitu pudent
ros non ferunt sed rebescunt, laetitia autem & ar-
dis non robur nuntium & corporis habitum restant
sed mortem adstant.

Cur ex

Ma 4905

ULB Halle 3
004 593 383



f


TA → OL

nur 1. Stck fertig bearb.

Ma







DECRETO DE
CANI ATQVE DOCTO
RVM FACVLTATIS MEDICAE, QVAE
STIONES ET PROBLEMATTA SVBSCRI
pti Medicinæ Candidati explicabunt, in
actu pro emerenda Licentia, ad
Doctoratus Insignia
suscipienda.

SEBASTIANO ROTH
AVRBACHIO MEDICINAE DOCTO
re & Decano, præside &
oppugnatore.

LIPSIÆ

XXVII. Nouembris, Anno Christi
redemptoris

M. D. LIII.

IN OFFICINA VALENTINI PAPÆ.

